ELEGÍA IV

ELEGIA IV

«Sic umbrosa tibi contingant tecta, Priape,
ne capiti soles, ne noceantque nives:
quae tua formosos cepit sollertia? certe
non tibi barba nitet, non tibi culta coma est,
nudus et hibernae producis frigora brumae,
nudus et aestivi tempora sicca Canis.»
Sic ego: tum Bacchi respondet rustica proles,
armatus curva sic mihi falce deus.
«O fuge te tenerae puerorum credere turbae;
nam causam iusti semper amoris habent.
Hic placet, angustis quod equum compescit habenis:
hic placidam niveo pectore pellit aquam:
hic, quia fortis adest audacia, cepit; at illi
Virgineus teneras stat pudor ante genas.

ELEGÍA IV

¡Priapo, que resguarden tu cabeza
De la nieve y del sol umbrosos techos!
Mas tú, ¿cómo á los jóvenes cautivas?
No están limpios tu barba y tus cabellos;
Tú el sol canicular sufres desnudo,
Y desnudo las brumas del invierno.
Así dije; y, armado con su hoz curva,
De Baco el hijo, respondióme luego:
«La turba de los jóvenes evita,
Que hay razón para amar á todos ellos:
Agrada aquél porque caballos doma,
Éste porque al nadar, su níveo pecho
Luce; porque es audaz aquél, y el otro
Porque tiñe el pudor su rostro bello.

Sed ne te capiant, primo si forte negabit,
taedia; paulatim sub iuga colla dabit.
Longa dies homini docuit parere leones,
longa dies molli saxa peredit aqua:
annus in apricis maturat collibus uvas,
annus agit certa lucida signa vice.
Nec iurare time; Veneris periuria venti
irrita per terras et freta summa ferunt.
Gratia magna Iovi; vetuit pater ipse valere,
iurasset cupide quidquid ineptus amor:
perque suas impune sinit Dictynna sagittas
adfirmes, crines perque Minerva suos.
At si tardus eris, errabis: transiet aetas
quam cito: non segnis stat remeatque dies.
Quam cito purpureos deperdit terra colores,
quam cito formosas populus alba comas.
Quam iacet, infirmae venere ubi fata senectae,
qui prior Eleo est carcere missus equus.
Vidi iam iuvenem, premeret cum serior aetas,
maerentem stultos praeteriisse dies.
Crudeles Divi! serpens novus exuit annos:
formae non ullam fata dedere moram.
Solis aeterna est Phoebo Bacchoque iuventas;
nam decet intonsus crinis utrumque deum.

Mas no hoy te hastíes si á tu amor no acceden,
El cuello al yugo ofrecerán bien presto;
Doma leones con el tiempo el hombre,
Cava la roca el agua con el tiempo,
En un año madúranse las uvas
En los collados que calienta Febo,
Y en un año otra vez los mismos astros
Contémplanse en la bóveda del cielo.
Y no temas jurar, que los perjurios
Por tierra y mar dispérsalos el viento.
Da las gracias á Jove, que él anula
Los juramentos del amante necio;
Jurar consiente Diana por sus flechas,
Y Minerva también por sus cabellos.
Y errarás si eres tardo; la edad pasa
Y huye y no torna en su carrera el tiempo.
Pierde el álamo pronto su follaje,
La tierra pierde sus colores presto,
Y el caballo que en Élide triunfara,
Pronto se ve por la vejez enfermo.
Yo vi más de uno por la edad vencido
Llorar los días que por siempre huyeron.
Cada año se renuevan las serpientes,
La hermosura ¡ay! tan sólo viene á menos;
Y sólo gozan juventud eterna
Por su cabello intonso, Baco y Febo.
Vence al amor la complacencia; cede
De quien amas á todos los deseos;

Tu, puero quodcumque tuo temptare libebit,
cedas: obsequio plurima vincit amor.
Neu comes ire neges, quamvis via longa paretur
et canis arenti torreat arva siti,
quamvis praetexens picta ferrugine caelum
venturam admittat nimbifer arcus aquam.
Vel si caeruleas puppi volet ire per undas,
ipse levem remo per freta pelle ratem.
Nec te paeniteat duros subiisse labores
aut opera insuetas atteruisse manus,
nec, velit insidiis altas si claudere valles,
dum placeas, umeri retia ferre negent.
Si volet arma, levi temptabis ludere dextra;
saepe dabis nudum, vincat ut ille, latus.
Tum tibi mitis erit, rapias tum cara licebit
oscula; pugnabit, sed tamen apta dabit.
Rapta dabit primo, mox offeret ipse roganti,
post etiam collo se implicuisse velit.
Heu male nunc artes miseras haec saecula tractant;
iam tener adsuevit munera velle puer.
At tu, qui Venerem docuisti vendere primus,
quisquis es, infelix urgeat ossa lapis.
Pieridas, pueri, doctos et amate poetas,
Aurea nec superent munera Pieridas.
Carmine purpurea est Nisi coma; carmina ni sint,
ex umero Pelopis non nituisset ebur.
Quem referent Musae, vivet, dum robora tellus,
dum caelum stellas, dum vehet amnis aquas.

Á ir con él no te niegues, aunque largo
Fuere el camino ó lance el Can su fuego,
Ó aunque anuncie la lluvia el arco iris
Mostrando sus colores en el cielo.
Si viajar quiere por la mar cerúlea
Su nave impulsa manejando el remo;
No te apene sufrir duros trabajos,
Ni tu mano ensayar en algo nuevo;
Las redes lleva, si agradarle quieres,
Si cazar en los valles es su intento;
Si ama las armas, jugarás sin brío
Y porque venza ofrecerásle el pecho.
Entonces dócil lo hallarás; robarle
Podrás entonces sus sabrosos besos,
Que, aunque luchando, cederá sumiso;
Lo que hoy le robas te dará primero,
Después él mismo ofrecerá besarte
Y al fin él sólo se echará á tu cuello.
¡Cuán malas artes nuestro siglo ejerce!
¡Con presentes se ablanda á un joven tierno!
¡Que una piedra á sus huesos dura sea
Para aquel que su amor vendió el primero!
Á las Musas amad y á los poetas;
Al oro preferidlos; su cabello
Debióles Niso, y Pélope su hombro;
Y vivirán los que celebren ellos
Mientras existan plantas en la tierra,
Agua en los ríos y astros en el cielo.

At qui non audit Musas, qui vendit amorem,
Idaeae currus ille sequatur Opis,
et tercentenas erroribus expleat urbes,
et secet ad Phrygios vilia membra modos.
Blanditiis vult esse locum Venus ipsa; querelis
supplicibus, miseris fletibus illa favet.»
Haec mihi, quae canerem Titio, deus edidit ore:
sed Titium coniunx haec meminisse vetat.
Pareat ille suae; vos me celebrate magistrum,
quos male habet multa callidus arte puer.
Gloria cuique sua est: me, qui spernentur, amantes
consultent: cunctis ianua nostra patet.
Tempus erit, cum me Veneris praecepta ferentem
Deducat iuvenum sedula turba senem.
Heu, heu, quam Marathus lento me torquet amore!
deficiunt artes, deficiuntque doli.
Parce, puer, quaeso, ne turpis fabula fiam,
Cum mea ridebunt vana magisteria.

Quien su amor vende y á las Musas no oye,
Siga de Opis el carro y sin sosiego
Mil ciudades recorra y se mutile
Copiando de los Frigios el ejemplo.
Venus quiere piedad para el amante;
Es tierna al llanto y compasiva al ruego.»
Para Ticio esto el dios me dijo un día;
Mas su esposa le impide aprender esto.
Y hace muy bien; mas los que males sufren
De algún joven, loadme cual maestro.
Á cada quien su gloria; los amantes
Vengan á mí buscando mis consejos;
Á la turba de jóvenes, bien pronto
Yo enseñaré de Venus los preceptos.
¡Ay! ¡cuán cruel, ¡oh Marato! me atormentas!
Mis artes me traicionan; yo te ruego
Que impidas que de mí se burlen todos
Y rían de mi vano magisterio.

ELEGÍA V

ELEGIA V

Asper eram et bene discidium me ferre loquebar:
at mihi nunc longe gloria fortis abest.
Namque agor, ut per plana citus sola verbere turben,
quem celer adsueta versat ab arte puer.
Ure ferum et torque, libeat ne dicere quicquam
magnificum post haec; horrida verba doma.
Parce tamen, per te furtivi foedera lecti,
per Venerem quaeso compositumque caput.
Ille ego, cum tristi morbo defessa iaceres,
te dicor votis eripuisse meis:
ipseque te circum lustravi sulfure puro,
carmine cum magico praecinuisset anus:

ELEGÍA V

Creí yo altivo resistir tu enojo,
Mas no ya de tal gloria me envanezco;
Que vivo cual peonza que los niños
Hacen girar con raudo movimiento.
Haz de amores arder al fiero amante,
Castígalo imponiéndole silencio;
Mas no, por nuestras frentes y por Venus,
Por nuestra unión furtiva, te lo ruego.
Fuí yo quien con mis votos te salvara
Cuando enferma yacías en tu lecho;
Cuando la maga desterró el hechizo,
Yo lustré con azufre tu aposento;

ipse procuravi ne possent saeva nocere
somnia, ter sancta deveneranda mola:
ipse ego velatus filo, tunicisque solutis
vota novem Triviae nocte silente dedi.
Omnia persolvi; fruitur nunc alter amore,
et precibus felix utitur ille meis.
At mihi felicem vitam, si salva fuisses,
fingebam demens, sed renuente deo.
Rura colam, frugumque aderit mea Delia custos,
area dum messes sole calente teret,
aut mihi servabit plenis in lintribus uvas,
pressaque veloci candida musta pede.
Consuescet numerare pecus, consuescet amantis
garrulus in dominae ludere verna sinu.
Illa deo sciet agricolae pro vitibus uvam,
pro segete spicas, pro grege ferre dapem.
Illa regat cunctos, illi sint omnia curae:
at iuvet in tota me nihil esse domo.
Huc veniet Messalla meus, cui dulcia poma
Delia selectis detrahat arboribus:
et tantum venerata virum, hunc sedula curet,
huic paret atque epulas ipsa ministra gerat.
Haec mihi fingebam, quae nunc Eurusque Notusque
iactat odoratos vota per Armenios.
Saepe ego temptavi curas depellere vino:
at dolor in lacrimas verterat omne merum.
Saepe aliam tenui: sed iam cum gaudia adirem,
admonuit dominae deseruitque Venus.

Evité el daño de los Sueños crueles,
Tortas santas tres veces ofreciendo;
É hice votos á Trivia nueve noches
Con el velo de lino, el traje suelto;
¡Y hoy cumplidos mis votos, otro goza
Feliz del resultado de mis ruegos!
Cuando Delia esté sana, me decía,
Los dos vida dichosa llevaremos:
Yo el campo sembraré, Delia los frutos
Recoger mirará; del sol al fuego
Yo iré á trillar la mies y ella en tinajas
El rico mosto guardará con celo;
Ella el rebaño contará, su esclavo
Á jugar vendrá gárrulo á su seno;
Dará á los dioses, por las vides, uvas;
Pan y espigas por mieses y corderos;
Y cuidando de todo y de mí mismo,
Yo de la casa le daré el gobierno.
Cuando venga Mesala, para él frutos
Cortará de los árboles selectos,
Y diligente arreglará el banquete
Ella misma, sus órdenes cumpliendo.
Yo esto pude soñar, mas hoy mis votos
Por la olorosa Armenia lleva el viento.
Quise mis penas ahuyentar con vino,
Mas lágrimas en él vertió mi duelo;
Busqué en otras amor, y en mis placeres
Pensé en Delia y huyeron mis contentos,

Tunc me discedens devotum femina dixit
A, pudet et narrat scire nefanda meam.
Non facit hoc verbis, facie tenerisque lacertis
devovet et flavis nostra puella comis.
Talis ad Haemonium Nereis Pelea quondam
vecta est frenato caerula pisce Thetis.
Haec nocuere mihi, quod adest huic dives amator:
venit in exitium callida lena meum.
Sanguineas edat illa dapes atque ore cruento
tristia cum multo pocula felle bibat:
hanc volitent animae circum sua fata querentes
semper, et e tectis strix violenta canat:
ipsa fame stimulante furens herbasque sepulcris
quaerat et a saevis ossa relicta lupis,
currat et inguinibus nudis ululetque per urbes,
post agat e triviis aspera turba canum.
Eveniet; dat signa deus: sunt numina amanti,
saevit et iniusta lege relicta Venus.
At tu quam primum sagae praecepta rapacis
desere; nam donis vincitur omnis amor.
Pauper erit praesto semper tibi: pauper adibit
primus et in tenero fixus erit latere:
pauper in angusto fidus comes agmine turbae
subicietque manus efficietque viam:
pauper ad occultos furtim deducet amicos,
vinclaque de niveo detrahet ipse pede.
Heu! canimus frustra; nec verbis victa patescit
ianua, sed plena est percutienda manu.

Y hechizado, ¡oh vergüenza! por su magia
Me suponían, al dejar mi lecho.
No con palabras me encantó, mi hechizo
Su rostro y brazos, sus cabellos fueron.
Así sobre un delfín fuera llevada
En otro tiempo Tetis á Peleo.
El rico amante que le dió una vieja
Es causa de mi daño y de mis celos:
Que beba amarga hiel su cruenta boca,
Que ella se nutra con manjar sangriento,
Que almas en pena á su alredor revuelen,
Y que el buho á cantar vaya á su techo;
Busque en las tumbas, por el hambre urgida,
Los que el lobo dejó, yerbas y huesos,
Y, desnudo su vientre, por las calles
Corra seguida por furiosos perros.
Sucederá; los dioses lo aseguran,
Venus hiere á quien viola sus decretos,
Vencen los dones al amor; mas, Delia,
De tal vieja no sigas los consejos.
Prefiere al pobre, que á tu lado siempre
Él habrá de vivir; fiel compañero,
Él te abrirá camino entre las turbas;
De tus amigos á la casa él mesmo
Te llevará á hurtadillas y los lazos
Del níveo pie desatará contento.
En vano ¡ay! canto por vencer tu puerta;
Sólo se abre á quien llama con dinero.

At tu, qui potior nunc es, mea fata timeto;
versatur celeri Fors levis orbe rotae.
Non frustra quidam iam nunc in limine perstat
sedulus ac crebro prospicit ac refugit,
et simulat transire domum, mox deinde recurrit
solus et ante ipsas execreat usque fores.
Nescio quid furtivus amor parat. Utere quaeso,
Dum licet; in liquida nat tibi linter aqua.

Tú, que hoy eres feliz, teme mis hados;
La Fortuna es traidora y cambia presto;
Alguien no en vano ante su umbral acecha,
Retrocede y entrar finge discreto;
Después volverá solo, que hasta escupe
Ante sus puertas con marcado empeño;
Algo el Amor prepara; goza en tanto
Tu nave surca el mar con manso viento.

ELEGÍA VI

ELEGIA VI

Semper, ut inducar, blandos offers mihi vultus,
post tamen es misero tristis et asper, Amor.
Quid tibi saevitiae mecum est? an gloria magna est
insidias homini composuisse deum?
Nam mihi tenduntur casses: iam Delia furtim
nescio quem tacita callida nocte fovet.
Illa quidem tam multa negat, sed credere durum est:
sic etiam de me pernegat usque viro.
Ipse miser docui, quo posset ludere pacto
custodes: heu! heu! nunc premor arte mea.
Fingere tunc didicit causas, ut sola cubaret,
cardine tunc tacito vertere posse fores:

ELEGÍA VI

Amor, tú al seducirme, el rostro blando
Me pones siempre, mas después lo cambias.
¿Por qué eres cruel conmigo? ¿Es gloria digna
De un dios el prepararnos asechanzas?
Yo no sé á quién en la callada noche
Mi Delia abrigo da, pero me engaña.
Ella jura que no, y ¿habré de creerla?
¿No nuestro amor á su marido calla?
Yo enseñéla á burlar á sus guardianes
Y hoy la víctima soy de mi enseñanza!
Por mí sabe abrir puertas en silencio;
Para acostarse sola fingir causas;

tunc sucos herbasque dedi, quis livor abiret,
quem facit impresso mutua dente Venus.
At tu, fallacis coniunx incaute puellae,
me quoque servato, peccet ut illa nihil.
Neu iuvenes celebret multo sermone, caveto,
neve cubet laxo pectus aperta sinu,
neu te decipiat nutu, digitoque liquorem
ne trahat et mensae ducat in orbe notas.
Exibit quam saepe, time, seu visere dicet
sacra Bonae maribus non adeunda Deae.
At mihi si credas, illam sequar unus ad aras:
tunc mihi non oculis sit timuisse meis.
Saepe, velut gemmas eius signumque probarem,
per causam memini me tetigisse manum:
saepe mero somnum peperi tibi, at ipse bibebam
sobria supposita pocula victor aqua.
Non ego te laesi prudens: ignosce fatenti.
Iussit amor: contra quis ferat arma deos?
ille ego sum, nec me iam dicere vera pudebit,
instabat tota cui tua nocte canis.
Quid tenera tibi coniuge opus? tua si bona nescis
servare, frustra clavis inest foribus.
Te tenet, absentes alios suspirat amores
et simulat subito condoluisse caput.
At mihi servandam credas: non saeva recuso
verbera, detrecto non ego vincla pedum.
Tum procul absitis, quisquis colit arte capillos,
et fluit effuso cui toga laxa sinu:
quisquis et ocurret, ne possit crimen habere,
stet procul ante, alia stet procul ante via.

Y á mí debe las yerbas con que sabe
De las mordidas disipar las manchas.
Y tú, de esposa infiel marido incauto,
Vígilame también, y no hará nada.
Cuida que con los jóvenes no charle,
Ni el seno muestre impúdica en la cama,
Ni con señas te engañe, ni en la mesa
Tracen sus dedos con licor palabras.
Teme que si ella con frecuencia sale,
No de la Buena diosa al culto vaya:
Si me has de creer, no temas por mis ojos,
La seguiré yo mismo hasta las aras.
¡Cuántas veces sus manos oprimiera
Al admirar su anillo ó sus alhajas!
¡Cuántas á ti te adormecí con vino,
Sobrio, bebiendo con mis vasos, agua!
No te ofendí con intención; perdona.
Lo quiso Amor; ¿quién no hace lo que él manda?
No me apena hoy decirlo, á mí tu perro
Era á quien por las noches le ladraba.
Y ¿á qué tener mujer si no la cuidas?
Tu puerta en vano con cerrojos guardas.
Ya un dolor de cabeza finge Delia;
Ya en otros piensa cuando á ti te abraza.
Á mí cuidarla deja; acepto grillos
Y que me azoten, si de mí se escapa.
Entonces que se aleje quien se riza
El cabello ó quien lleva togas amplias;

Sic fieri iubet ipse deus, sic magna sacerdos
est mihi divino vaticinata sono.
Haec ubi Bellonae motu est agitata, nec acrem
flammam, non amens verbera torta timet:
ipsa bipenne suos caedit violenta lacertos
sanguineque effuso spargit inulta deam,
statque latus praefixa veru, stat saucia pectus,
et canit eventus, quos dea magna monet.
«Parcite, quam custodit Amor, violare puellam,
ne pigeat magno post didicisse malo.
Attigerit, labentur opes, ut vulnere nostro
sanguis, ut hic ventis diripiturque cinis.»
Et tibi nescio quas dixit, mea Delia, poenas:
si tamen admittas, sit precor illa levis.
Non ego te propter parco tibi, sed tua mater
me movet atque iras aurea vincit anus.
Haec mihi te adducit tenebris multoque timore
coniungit nostras clam taciturna manus:
Haec foribusque manet noctu me adfixa proculque
cognoscit strepitus me veniente pedum.
Vive diu mihi, dulcis anus; propios ego tecum,
sit modo fas, annos contribuisse velim.
Te semper natamque tuam te propter amabo:
quidquid agit, sanguis est tamen illa tuus.
Sit modo casta, doce, quamvis non vitta ligatos
impediat crines nec stola longa pedes.

Y aléjese quien se halle en su camino,
Y otro tome quien pueda enamorarla.
Esto lo manda Amor; con voz divina
La gran sacerdotisa así lo manda.
Cuando ella está agitada por Belona,
No teme ni las cuerdas ni las llamas,
Sus brazos hiere con el hacha, impune
Ella á la Diosa con su sangre baña,
Y el dardo al flanco, desgarrado el pecho,
Cuanto la diosa le prescribe canta:
«Nunca asaltéis á quien Amor custodia;
Un mal mayor recibiréis; tocadla;
Cual sangre de mi herida, vuestros bienes
Se irán ó cual ceniza al viento echada.»
No sé qué penas para ti predijo;
Que leves sean pediré si me amas.
Y no por ti lo haré, mas por tu madre,
Que sus bondades mi rencor desarman;
Que ella hacia mí te lleva en las tinieblas
Y nuestras manos une amedrentada;
Que en las puertas me aguarda por las noches
Y de lejos conoce mis pisadas.
¡Para mí vive mucho. Unir quisiera
Mis años á los tuyos, dulce anciana!
Yo á ti siempre amaré; por ser tu sangre
Yo á tu hija habré de amar, haga lo que haga.
Aunque cintas no liguen sus cabellos
Ni estola lleve, enséñala á ser casta.

Et mihi sint durae leges, laudare nec ullam
possim ego, quin oculos appetat illa meos;
et si quid peccasse putet, ducarque capillis
immerito proprias proripiarque vias.
Non ego te pulsare velim, sed, venerit iste
si furor, optarim non habuisse manus.
Nec saevo sis casta metu, sed mente fideli:
mutuus absenti te mihi servet amor.
At quae fida fuit nulli, post victa senecta,
ducit inops tremula stamina torta manu
firmaque conductis adnectit licia telis
tractaque de niveo vellere ducta putat.
Hanc animo gaudente vident iuvenumque catervae
commemorant merito tot mala ferre senem:
hanc Venus ex alto flentem sublimis Olimpo
spectat et infidis quam sit acerba monet.
Haec aliis maledicta cadant: nos, Delia, amoris
exemplum cana simus uterque coma.

Que me imponga su ley y que los ojos
Me arranque, si á otra doy mis alabanzas;
Por el cabello arrástreme en las calles
Si llego á traicionar la fe jurada.
Yo no te he de pegar, antes sin manos
Me vea, si locura tal me asalta.
Sé casta, no por miedo; si me ausento
Debe fiel el amor guardarme tu alma.
Quien no fué fiel, en la vejez, ya pobre,
Á hilar con mano débil se consagra,
Ó á conducir la trama entre los hilos,
Ó á cardar el vellón de blanca lana.
Y á la vieja los jóvenes la cercan,
Sus muchos males con justicia alaban,
Y altiva Venus, desde el alto Olimpo,
La contempla de lágrimas bañada
Porque cruel debe ser con las infieles.
Mas que esta maldición sobre otros caiga,
Que un ejemplo de amor, entrambos, Delia,
Hemos de ser con cabellera cana.